



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Exemplorvm Libri Tres**

Liber Secvndvs, Siue Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm  
Detestationem, Per Qvadragesimam, Anno M. DC. XLVI. narrata

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 13. Patris ira quò se vsque extenderit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48186](#)

mugitiuq; & parum explanatis vocibus sermo praruptus, & complosa  
sapius manus, & pulsata humus pedibus, & totum concitum corpus, mag-  
nasq; minas agens, feda visu & horrenda facies depravantium se, atque  
intumentum. Nescias utrum magis detestabile vitium sit, an defor-  
me. Deformatatem etiam D. Chrysostomus proponit in hunc mo-  
dum: Videbis iratos non secus ac insanos, turpiter in medium pricipites  
ferri: cum enim circa præcordia effebuit ira, ignem emitit; tota infla-  
tur facies, incompositæ manus mouentur, & cetera. Cum hac faciunt,  
tanquam amentes, nihil sentiunt, nihil intelligunt, sed asinorum more,  
calcibus moribusq; inuicem insultant. Ridiculum est spectaculum, vi-  
dere duos sic inuicem insanentes; & ora, tanquam infernalia mon-  
stra serpentibus succincta deformantes. Qualem putas animum,  
cuius extra imago tam fœda est?

Verum insaniam hanc effectus alij detestabiliorum reddunt. Numquid enim parens ille puer, ob tam leuem & exigua noxam, in tantum irasci debuit, ut eum lapidibus peteret? ut consauciaret? ut occideret? Sed hoc exordium duntaxat fuit. Cetera vitia impel-  
lunt animos, ira pricipitat. Ceteris etiam si resistere contra suos affectus non licet, at certe affectibus ipsis licet stare: hac non secus quam fulmina  
procellæq; & si qua alia irrationalia sunt, quia non eunt, sed cadunt,  
vim suam magis ac magis tendit. Quare ira primùm ex patre tyran-  
num, mox ex homine, belluam fecit. Itaque in filium erupit. Filio  
sublato, in authorem reuersa, eum ad restum adegit. Sic uno vitio  
duo ceciderunt. Nimirum, teste S. Basilio, quemadmodum torrentes  
ad curua loca decurrentes secum obuia quoque trahunt: sic & iratorum  
impetus violenti & instabiles omnia similiter percurrunt atque obruunt.  
Quod & in exemplo nostro fuit videre. Neq; enim ira filium dun-  
taxat & patrem interemit in desperationem versa; sed etiam caussa  
fuit; ut infans mergeretur, & ipsa denique mater totius se faceret  
calamitatis appendicem, ita vitæ prodiga adeò naturæ oblita, ut  
nec barbarus ex triuio id unquam facturus fuisset.

Tristis est hic euentus & dignum tragedia argumentum, qua  
Orestes, aut Oedipus ageretur. Sed nec à quotidianis moribus alienus. Quid enim ira non dicit? quid non facit? nunquam nisi insi-  
xo aculeo fugit, more vesparum, aut crabronum, quos quispiam  
irritauit. Profectò ita est, si effectus eius damnaq; intueri velis, nulla  
pestis

S. Chrysost.  
hom. 3. in Io,

XIII.  
PATRIS IRA  
QVO SE VSQVA  
EXTENDERIT?  
Senec. lib. 3.  
de ira. c. 1.

S. Basilius de  
ira.

XIV.  
EX IRA QVAM-  
TAE CLADES?  
Senec. lib. 1.  
de ira. c. 2.